27

D. Johanni Brantio D. Pareg
S. P.

Cum Vigelius vester mense Septembri hic apud
nos esset, gravi et lethali quodammodo con-
flictabatur diarrhoea. itaque hunc quidem respon-
dere non valebam. interim communicato
negotio ejus cum D. Eberhardo Rectore
nostrum et perfectum cum D. Angero,
quantum licuit promovere adstudebam. Sed
quid profecerit aut responsi tulerit, ex ipso
haud dubie cognovisti. Cupis denuo ex me
audire certum responsum de eo negotio, quo-
modo et quanto studio in te affectus
sit, et quid spei sit Vigelio reliquum. De te
equidem non dubito confirmare optime esse
totum senatum erga te affectum omnibus
modis tibi cupere gratificari. Quod ad illum
vero nescio an debeam tibi certi quidquam pol-
liceri. Non sum amplius in Senatu, ut forte
existimas. Nam jam in quadriennio cum pu-
blicam suscepissem professionem, eo me ab-
dicavi. itaque consiliis non soleo interesse. Scio
autem, quod esse fieri possit, senatum non
cupere debere etiam extraneis. Sed ma-
gna est domesticorum et alumnorum copia
quorum ex officio solent homines in-
potiorem rationem: jusserunt eum
nisi fallar, denuo periculum facere sub
futurum ver. Sed huic incertae spei si cer-
tiorem antefert apud Hanovienses
aut Herbornenses, non omnino impro-
debiter

denter faceret. Sed nihil consilio: Conveni quidem quendam ex senatorio ordine: Sed nihil is certi polliceri voluit. Itaque sinon ex sententia tua respondere queam, dabis mihi veniam. Serenissimus noster Elector nuper auctus est tertia prole mascula, cui baptismus postridie Cal. Jan: paratur. Terraemotus novus nuper hunc Rheni tractum terruit. Si status Ecclesiae vestrae tranquillior nunc floret, est quod gratuler et gaudeam. D. Georgium Scheuslichium ex me velim salutes, atque indices tandem controversias meas Eucharisticas ipsius et aliorum flagitatione lucem visuras futuris nundinis, quanquam non integras, quia amanuenses mihi defuerunt. Vale vir clarissime, meque quod facis, ama. Hei, delb. 12. Dec: 1602. De 28 1602.

F. Pareus.

Eidem idem S. P. 28.

Graviter nos clementissimus Deus hoc anno exercuit. Eripuit nobis in ipso anni limine Tossanum, paulo post Melissum, quanta ista, Latinitatis lumina! Nuper ipsum nostrum serenissimum nobis ereptum iri videbatur, nisi eum precibus piorum versus donasset, quasique ex morte in vitam ineffabili gratia sua revocasset. Sic nos probat optimus Pater, et ad se revocat, ne a mundo pendeamus. Academia etiam destituitur toto hoc anno primariis antecessoribus, Theologo cum J. C. duobus. Oremus igitur Deum, ut ruinas nostras sarciat, et sibi servet coetum aliquem in hac Palatinatus sarepta. De vestrae Reip. et Ecclesiae statu composito cum libere essem interim nihil